



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Stella Mystica**

**Bonald, François**

**Coloniae, 1607**

Castitatem carnis appetitus comprimere atque iram temperare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10014**

## MITES FAC ET CASTOS.

*Castitatem carnis appetitus compri-  
mere atque iram tempe-  
rare.*

## CONSIDERATIO.

**Q**VANDO in principio *Quæ Syre-  
nes huius  
mundi.*  
huius libelli aiebam in  
hoc mundo Syrenes ef-  
se, quæ prætereuntes  
suauitate cautus & mollibus illece-  
bris ita consopiant, vt ad certum il-  
los interitum perducant: rem verif-  
mam & multorum exemplis testa-  
tam protuli: Nam quæ aliæ syrenes  
homines adeo consopiant, demen-  
tant, atque ad tam crebra & pericu-  
losa naufragia facienda impellunt,  
quam carnis concupiscentiæ? Hæ  
Syrenes se suauiter in mentes homi-  
num insinuant, ingrediuntur vt a-  
mici, at intra existentes, tanta vio-  
lencia vtuntur; vt non rarò integrū  
hominis dominatum sibi vendicēt.  
Quem posteaquam ita possiderint  
intellectum illius excæcant, atque *B Gregor.  
lib. 31. mo-  
ral. c. 31.*  
inconsideratum, inconstantem, ac

*Carnis con-  
cupiscentia  
nata in  
homine ma-  
lo generant*

*Ecc. 19.*

*3. Reg. 11.*

præcipitem reddunt in actionibus suis. Præterea amorem quendam inordinatum erga seipsum & vitam præsentem ei ingenerant, & hac ratione inducunt eum ad Dei odium, ad extremi iudicij horrorem, ad salutis propriæ, ac felicitatis æternæ desperationem. Neq; his contenti, in mille alia scelera, cõtra Deum contra proximum, & contra semetipsum perpetranda ipsum deturbant. Ex inde namque existunt fornicationes, adulteria, incæstus, stupra, alięque huiusmodi impuritates & immunditiæ, quæ non modo corpora sed animas etiam inficiunt & contaminant. Ex eadem radice pullulant latrocinia, prædationes, & ipsa etiam idolorum cultura: *Vinum enim & mulieres, iuxta sapientis dictum: apostatave faciunt sapientes. Salomon tantæ fuit sapientiæ, ut nullus unquam mortalium ei conferri aut æquiparari potuerit & tamen de illo scriptum est: Cum iam esset senex, depravatum est cor eius per mulieres, ut sequeretur Deos alienos.*

*Quis*

Quis itaque non ardenti flagret desiderio castitatis, cuius proprium est carnis concupiscentias, extinguere, cum illis omnium horum maximorum malorum causa assignanda atque adscribenda sit? Sanè quamuis aliud nihil ageret, quam quod ab infamias, tantummodo publica hominem liberaret fati superque hominis mentem ad sui desiderium excitare posset. Iam ve ò quemadmodum omnis virtus contrarium sibi vitium expellit, & illo expulso, locum illius sibi vendicat: ita castitas post profligatum & eiectum libidinem ipsa sedem eius subit, & vim suam exercens fidelitatem inter coniugatos conseruat: viduarum continentiam tuetur: virginum integritatem defendit, & ut loquamur cum SS. Patribus efficit ut in corpore vita ducatur Angelica:

Dicit aliquis, castitatem esse donum Dei, cum scriptum sit, neminem aliter esse posse continentem nisi Deus det. Idem ego fateor: verum quid inde sequitur nisi opus

*Castitas  
quasi opus  
optanda.*

*Marc. epi.  
ad Tholof.  
Gregor. Na  
zi. in illud  
Matth. 19.  
cum cōsum.  
Sap. 8.*

esse vt magna cum instantia illud à Deo postulas tum per teipsum tum per sanctorum & nominatim B. virginis Mariæ quæ fuit verum castitatis & pudicitie speculum & exemplar, intercessionem? Quid enim? Dona Dei non sunt digna quæ petantur? Vtiq; sine vilo crimine. Sed tamē vti S. Chrysofto. ait non sufficit ea petere ac obtinere, nisi etiam conseruare contendas.

S. Chrysoft.  
lib. de virg.  
c. 36.

Media quibus obtineri & conseruari possit castitas.

Quapropter, Anima fidelis, moneo & hortor vt castitatis donum, iuxta status tui ad quem vocata es exigentiam, à Deo postules: B. virginis etiam opem pro illius consecutione implores; neq; tamen his contentus, illa etiam quæ ex parte tua requiruntur, studiosè perficias.

Ezech. 16.

Exod. 32.

1. Cor. 10.

Quarum primum est, vt corpori superfluitatem cibi & potus, ceterorumque commodorum ac deliciarum corporalium subtrahas: nam sacra scriptura dicit: *hanc fuisse iniquitatem Sodoma: saturitatem & abundantiam panis*: Et alibi de Israelitis ait: *Sedit populus manducare & bibere.*

*bibere, & surrexerunt ludere.* Secundum est. Ut occasiones tentationum fugias. Alijs quidem tentationibus in faciem obuiandum & resistendum est: tentationibus vero illis quæ castitatem oppugnant, dorsum est obuentendum, & sola fuga superandæ sunt. Hoc omnes: qui usu atque experientia plurimum valent in militia spirituali; vnanimiter cōsulunt. Quocirca valde falluntur, qui cum carnis tentationes fuga declinare deberent, illos è contrario quærere, & eis ingressum ad seiplos aperire videntur: Quid? an non est hoc tentationes quærere, penes se habere ac legere libros impudicos & in curiose contemplandis imaginibus inhonestis, alijsque quamplurimis quæ ad libidinem incitant delectari? Certè hoc aliud nihil est, quam semetipsum in flammis conijcere ac vrere, non aliter muscæ quæ ad candelarum flammis spontè aduolantes seipsas adurunt: Quid hic dicemus de illis qui aures suas sermonibus & cautionibus inhonestis

*Quorūdam  
in signis er-  
ror.*

stis patentibus habent: qui choreas, Indolque frequentant: qui hominum dissolutorum conuersatione delectantur? nunquid dicemus hos castitatem custodire? imo verò potius faces & flammam libidini & luxuriæ subdere: *Nunquid ait sapiens, potest homo abscondere ignem in sinu suo ut vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas ut non comburantur plante eius.* Indicare volens id non magis fieri posse, quam *picem tangere & non inquinari ab ea.*

*Prou. 6.*

*Eccle. 16:*

*Nemo de sua castitate debet presumere.*  
*2 Reg. 11.*

*Metaphra. in vita Iacobi Eremite.*

Caue igitur, Anima Christiana, hunc errorem: & noli putare quantumlibet magnum de tua castitate fumpseris experimentum, quod extra omne periculum sis. David erat homo secundum cor Dei & nihilominus in incontinentiam lapsus est, atque homicidium perpetravit, cū curiosius mulierem quandam contemplatus esset. Eremita quidam eximie sanctitatis & integritatis vir, cum puellam energumenam, à demone liberasset, atque à parentibus

bus

bus puellæ rogatus esset, vt illam diebus aliquot apud se retineret, ne malignus spiritus in puellam iterum inuaderet, motus commiseratione sed periculum suum minimè præuidens, illam vti rogatus fuerat, custodiendam suscepit. Sed quid egit diabolus? Tantum concupiscentiæ ignem in præcordijs huius sancti viri succendit vt eum ad peccandum cum puella impulerit.

Hæc atque alia innumera eiusdem generis exempla te permouere debent, vt occasiones, extrinsecas per quas castitatis iacturam facere possis, fugias: neq; solum illas quæ extra te, sed etiam illas quæ in te specialiter sunt deuites. Qui enim castitatis & puritatis amator est, non debet aspicere nec tangere corpus proprium minori cum pudicitia, quam alterius, debet etiam illud honestè cõtègere, ne oculi eius offendantur, aut inimicus inde occasionem sumat, malignum concupiscentiæ ignem subiiciendi & accendendi.

*quid castitatis amator facendum,*



*Tentationi  
huius carnis  
quomodo  
resistendum.*

Vtere igitur, Anima Christiana, his modis: & vitam transiges in magna puritate & tranquillitate. Si autem spiritus immundus in te tempestatem aliquam excitet: si per impuras cogitationes impugnet: si foedis ac turpibus illecebris irretixe conetur: fugam capeffe & pallium potius in manibus eius derelinque, vti fecit castissimus Ioseph: quam vt ei assentiaris: Illud si non sufficit castiga corpus tuum, & dolore aliquo carnis concupiscentias auerte. Propone tibi ante oculos tormenta illa quibus luxuriosi in inferno cruciabuntur. Quod si violentia tentationis tanta est: abijce te ad pedes Christi crucifixi: contemplare vulnera & dolores quos Saluator, tua causa sustinuit. Dic ei: *Domine vim patior, responde pro me.* Demum humiliata te quam profundissime, & magna cum animi constantia & perseuerantia, tentationibus te impugnantibus resiste: Et donum castitatis tandem tibi donabitur & conseruabitur: quemadmodum

dum collum & conseruatum fuit,  
 S. Bernardo. S. Thomæ de Aquino.  
 S. Catharina Senensi. atque alijs  
 quamplurimis.

*Inspiciantur  
 vitæ libe-  
 rorum.*

Animaduertis modò non satis  
 esse, à peccato qualitercunque libe-  
 ratum, & virtutibus quo quomodo  
 adornatum esse, nisi etiam temeti-  
 pso indies melior fieri & de virtute  
 in virtutem progredi labores. Reli-  
 quum est, vt sequenti quaternario  
 vitæ puritatem, & itineris securita-  
 tem, quo tutò ad sponsi tui Iesu

Christi aspectum pertin-  
 gere possis, postu-  
 les.

I 7 Vitam

Vitam præsta puram,  
 Iter para tutum,  
 Ut videntes Iesum  
 Semper collætémur.

*Anima vita puritatem, atque iter se-  
 curum quo ad Iesu conspectum  
 perueniat, pe-  
 tit.*

MEDITATIO.

**R**EGIVS Propheta &  
 Psalmista David, vir-  
 go gloriosa, scribit:

*Psalm. 118. Beatos esse immaculatos in via, qui  
 ambulant in lege Domini. Quæ au-  
 tem est hæc via & qui sunt hi  
 immaculati? Certè non aliam  
 existimo esse hanc viam, quam  
 vitam præsentem: nec alios im-  
 maculatos, quam eos vt ibidem  
 Psalmista dicit: qui ambulant in  
 lege Domini. Neque incongruen-  
 ter hoc ipsum ait, nam quicun-  
 que hanc legem sequuntur ad  
 æternam fœlicitatem, & vitam  
 bea-*